tetendisse Quemadmodum profecto esse imaginari potest, nam ut ei insolentia
aliqua in famiam pararent commodiorem nullam horam estimabant
quam communionis sperantes eum tunc patientiorem fore, vel sic nihil res-
pondendo timorem quoque ipsi infligere sperabant sine ullo insurgentis et
aggredientis periculo, quod etiam postea compertum est ita se habere.
Illuminatus tamen hac triplici tentatione turbatus paulisper, ducem
mox adijt qui et ipse eius aduentum effugere nequiuit, inquit ille Duci
profecto excell.^mo Dne nisi tu hec ageres vel his rebus tuam adiungeres po-
tentiam non auderet illa quispiam tam ardua contra eum quem tue fami-
lie tam fidelem inseruire omnes sciunt, sunt hec designula tue non alterius
à te ista omnia habes, Negauit dux et se nihil horum scire Illuminato
respondit. Illuminatus Celinagum adijt et itidem ipsi narrauit qui pertur-
bato animo tantum iniuriarum acerrimo intellexit, et vocato mox
aule prefecto expellimembribus nebulonem bene iussit quemadmodum
actum. Vespere inter Celinagum et Illuminatum diu disputatum est quidnam
agendum esset stantibus tam audacium malorum hominum insidijs presertim dum
Illuminatus solus adesset neque haberet qui eum vel iuuare vel tueri posset,
post multas terminationes ne ulteriora sequerentur pericula visum fuit con-
uenire immo necessarium esse ne Monurus ante simoditi inuentationem do-
mo exiret ne quispiam eum leuius aggrederetur, aperte quippe iam constabat
ducem contra Illuminatum persecutionem eam fouere, At melius tan-
dem conclusum ut Monurus in patriam reuerteretur, per aliquot men-
ses donec placaretur à Celinago dux et tunc reuersionem pateretur, Sic
actum mansit interim clam Illuminatus in Celinagi cubiculo ne aliquis
ubinam esset percunctando sciret ut etiam eo pacto aduersus hostes
tutior esset nec eum offendere quispiam posset. Non tamen ita clam
res agi potuit ut imaginationi aulicorum non patesceret, dubitabant
tamen nec certo adhuc ipsis constabat an verum esset, Celinago etiam ex
plurimis signis constitit omnes iam suspicari Illuminatum in eius cubicu-
lo manere reductum igitur visum fuit ut Illuminatus epistolam scriberet
ad Ducem ex urbe lauretana in eaque tanquam in itinere discedendi
licentiam postularet et se patriam versus itinere ex improuiso commisse
indicaret quo ita omnem suspicionem extinguerent et Dux ipsum in
itinere esse non domi crederet, Contrarium tamen contigit nam res ea
certiorem fecit ducem, apposuit igitur duas porte domus excubias duas iti-
dem atrio, et duos hinc inde ut cauerent ne Illuminatus clam egrede-
retur, stabant ipsi cincti gladijs et lorica uniuersim induti, bombardas subtus geren-
tes deambulando sua loca ut non ducis sed archisatellitum aut sicariorum
edem existimasses, Turbauit grauius Celinagi animum repentina hec domus vario